

CLASSICAL TRIPPOS PART IA

---

Thursday 3 June 2004      9 to 12

---

Paper 3

LATIN TRANSLATION

*Answer all questions.*

**Sections A and B carry equal weight.**

**It is important to write good English.**

*Answers from each Section must be written in a separate booklet.*

*Write your number (not your name) on the cover-sheet of each Section booklet.*

You may not start to read the questions  
printed on the subsequent pages of this  
question paper until instructed that you  
may do so by the Invigilator

## SECTION A

*Translate into English:*

**A1** non attingo Graecos, quorum non modo libertas, etiam libido impunita; aut si quis aduertit, dictis dicta ultus est, sed maxime solutum et sine obtrectatore fuit prodere de iis quos mors odio aut gratiae exemisset, num enim armatis Cassio et Bruto ac Philippensis campos optinentibus belli ciuilis causa populum per contiones incendo? an illi quidem septuagesimum ante annum perempti, quo modo imaginibus suis noseuntur, quas ne uictor quidem aboleuit, sic partem memoriae apud scriptores retinent? suum cuique decus posteritas rependit: nec deerunt, si damnatio ingruit, qui non modo Cassii et Bruti set etiam mei meminerint, egressus dein senatu uitam abstinentia finiuit, libros per aedilis cremandos censuere patres: set manserunt, occultati et editi, quo magis socordiam eorum inridere libet qui praesenti potentia credunt extingui posse etiam sequentis aeui memoriam, nam contra punitis ingenis gliscit auctoritas, neque aliud externi reges aut qui eadem saeuitia usi sunt nisi dedecus sibi atque illis gloriam peperere.

TACITUS *Annales* IV 35

**A2**

interea pauidam uolitans pennata per urbem  
nuntia Fama ruit matrisque adlabitur auris  
Euryali, at subitus miserae calor ossa reliquit,  
excussi manibus radii reuolutaque pensa.  
euolat infelix et femineo ululatu  
seissa comam muros amens atque agmina cursu  
prima petit, non illa uirum, non illa pericli  
telorumque memor, caelum dehinc questibus implet:  
‘hunc ego te, Euryale, aspicio? tune ille senectae  
sera meae requies, potuisti linquere solam,  
crudelis? nec te sub tanta pericula missum  
adfari extremum miserae data copia matri?  
heu, terra ignota canibus date praeda Latinis  
alitibusque iaces! nec te tua funere mater  
produxi pressiue oculos aut uulnera laui,  
ueste tegens tibi quam noctes festina diesque  
urgebam, et tela curas solabar anilis,  
quo sequar? aut quae nunc artus auulsaque membra  
et funus lacerum tellus habet?’

VIRGIL *Aeneid* IX 473–491

A3

si quis erit, qui turpe putet seruire puellae.  
     illo conuincar iudice turpis ego.  
 sim licet infamis, dum me moderatus urat  
     quae Paphon et fluctu pulsa Cythera tenet.  
 atque utinam dominae miti quoque praeda fuisse,  
     formosae quoniam praeda futurus eram!  
 dat facies animos: facie uiolenta Corinna est:  
     me miserum! cur est tam bene nota sibi?  
 scilicet a speculi sumuntur imagine fastus.  
     nec nisi compositam se prius illa uidet.  
 non, tibi si facies nimium dat in omnia regni  
     (o facies oculos nata tenere meos!).  
 collatum idecirco tibi me contemnere debes:  
     aptari magnis inferiora licet.  
 traditur et nymphe mortalis amore Calypso  
     capta recusantem detinuisse uirum:  
 creditur aequoream Pthio Nereida regi.  
     Egeriam iusto concubuisse Numae:  
 Vulcani Venus est, quamuis incude relicta  
     turpiter obliquo claudicet ille pede.

OVID *Amores* II 17.1–20

[TURN OVER]

## SECTION B

*Translate into English:*

**B1** *Cicero recalls accusing Catiline in the senate.*

tum igitur, his rebus auditis, meministis fieri senatus consultum referente me ne postero die comitia haberentur, ut de his rebus in senatu agere possemus. Itaque postridie frequenti senatu Catilinam excitaui atque eum de his rebus iussi. si quid uellet, quae ad me adlatae essent dicere. Atque ille, ut semper fuit apertissimus, non se purgauit sed indicauit atque induit. Tum enim dixit duo corpora esse rei publicae, unum debile infirmo capite, alterum firmum sine capite: huic, si ita de se meritum esset, caput se uiuo non defuturum. Congemuit senatus frequens neque tamen satis seuere pro rei indignitate decreuit: nam partim ideo fortis in decernendo non erant. quia nihil timebant, partim, quia *omnia*. Erupit e senatu triumphans gaudio quem omnino uiuum illine exire non oportuerat. praesertim cum idem ille in eodem ordine paucis diebus ante Catoni. fortissimo uiro, iudicium minitanti ac denuntianti respondisset, si quod esset in suas fortunas incendium excitatum. id se non aqua sed ruina restincturum.

CICERO *Pro Murena* 51

*indico* (1) betray, give evidence against  
*debilis, -e* weak  
*minitor, -ari, minitatus* threaten

**B2**

*How humans used to live.*

neendum res igni scibant tractare, neque uti  
 pellibus et spoliis corpus montis uestire ferarum,  
 sed nemora atque catios montis siluasque colebant,  
 et frutices inter condebant squalida membra,  
 uerbera uentorum uitare imbrisque coacti.  
 nec commune bonum poterant spectare, neque ullis  
 moribus inter se scibant nec legibus uti.  
 quod cuique obtulerat praedae fortuna, ferebat  
 sponte sua sibi quisque ualere et uiuere doctus.  
 et Venus in siluis iungebat corpora amantium:  
 conciliabat enim uel mutua quamque cupido.  
 uel uiolenta uiri uis aque impensa libido.  
 uel pretium, glandes atque arbita uel pira lecta,  
 et manuum mira freti uirtute pedumque  
 consecabantur siluestria saecula ferarum  
 missilibus saxis et magno pondere clauae:  
 multaque uincebant, uitabant pauca latebris,  
 saetigerisque pares subus siluestria membra  
 nuda dabant terrae, nocturno tempore capti,  
 circum se foliis ac frondibus inuoluentes.

LUCRETIUS *De Rerum Natura* v 953–972

*impensus* costly, eager  
*fretas, -a, -um* relying on, supported by  
*clava, -ae* club  
*saetiger, -era, -erum* hairy, bristly  
*sus, suis* pig